Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



jada et Barachiæ differit, Zachariæ parenti/ap- /Joannis Baptistæ
plicari magis congrue possunt; si dicatur hunc fuis-
se binominem, quod ex nunc citatis Patribus pro-
babile est. Contra Zachariam undecimum e
Prophetis minoribus faciunt tum ratio allata
ab Hieronymo ex ruinis templi, tum sensus verbo-
rum a Domino intentus; tum plurimorum aucto-
ritas. Vid. Baronius ad an. 1853 et seq.
Cæterum quod contendit Calmetus Com. in h. l.
Hall. et Dict. bibl. v. Zacharias, Zachariam fi-
lium Baruch, qui diu postea, nempe an. C. LXIV
a Zelotibus medio in templo cæsus est, a Domino fu-
isse prænuntiatum; et auctoritate Patrum, et simili-
tudine veri destituitur. Lognebatur certe Salva-
tor, ut ab audientibus intelligeretur: at si de sero
futura, et a nonnisi a filiis eorum patranda nece
dixit, intelligi plane non potuit. Præterea cur
hunc potius Zachariam, quam S. Stephanum aut
S. Jacobum nominavit? nempe, quia ultimum
Justum a Judæis cæsum. Hæc vero quam falsum
sit, notissimum est.

Hæc de Patre S. Zachariæ, de familia Abia,
et stemmate sacerdotali Aaronis, ac tribu Levi.
Affinitatem illius vide n. seq.

22) Luc. I, 5: Uxor illius de filiabus Aaron.
Genealogiam ejus describit S. Hippolytus apud Nicepho-
rum hist. l. 2. c. 3. attestans; Sacerdotes Matthan
tres filias fuisse ex Maria uxore, quarum pri-
ma Maria, secunda Soba, tertia Anna nomen
erat; et addit: Nupsit prima in Bethlee m
Mariæ, et peperit Salomen; nupsit quoque se-
cunda ibidem in Bethleem, et genuit Elisabeth;
at tertia Anna in terra Galilæa, protulit Mariam
Dei genitricem: ita ut Salome et Elisabeth Dei
matris trium sororum reperiantur filiæ; proinde
Joannes Baptista et verus Dous noster, consobrini
αὐτοῦ esse dicuntur. Quam opinionem pro-
bat et Papebrochius Act. 55. ad 24 Jun. et Baronius